BRUNO DE SEGNI, UNVOLLSTäNDIG. DISPOSITIO CATHOLICAE FIDEI, UNVOLLSTäNDIG

Enstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Seite 5r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35457
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



nutunt. Tu vero propter inimicos meos
ne a recto itinere me separare valeant
Dirige in conspectu tuo viam meam
Quoniam non est in ore eorum veritas
cor eorum vanum est. Ideo mox timen
di sunt, quia in mendacio et decepcione
omnia fecerunt, utpote in quibus veritas non
est, et quorum cornua omni bonitate vacuum.
Sepulchrum patens est guttur eorum. Sepulchrum cum clausum est non fetet,
apertum autem suum fetoris plenitudinem ma
nifestat. Tales enim sunt heretici qui ut sp
tacaussent, et nunquam fetore sue hesis alio
os violassent. Sed sic sequitur. Semper
linguis suis dolose agunt et simplicium
animas gladiunt et occidunt. Iudicia illos
deus. Iam quasi stomachata loquitur,
et qa eos sustinere non valet, eis damp
nacione et iudicium imperatur.
Decidant a cogitacionibus suis. Et ite
rum comparando loquitur, et magis illo
rum vitam q' mortem affectat. Iudicia
mox illos deus, nisi decidant a cogita
cionibus suis, quibus fideles tuos se sub
uertere posse confidunt. Et secundum multitu
dinem impietatum eorum expelle eos. Unde
et quos? Ab ecclesia tua in igne eternum.
Hoc enim sequitur post iudicium. Et hoc
merito. Quoniam exacerbaverunt te domine.
Nulli enim ita dnm exacerbat et ad
iracundiam provocant sicut heretici qa nulli
tantum ecclesie nocet. Gyrani enim in corpo
heretici uno maiaes seuiunt.
Et letentur omnes qui sperant in te. Le
titia spiritualis et eterna. Et hoc est qd
sequitur. In eternum exultabunt et habitabis
in eis. Que autem letitia tam magna
quam desiderium et amorem suum ante oculos
semper habere. Et gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomen tuum. Qui glo
riatur in qui plus in dno gloriatur. Nu
am gloriam nesciunt sancti, quia nihil
se nisi a deo habere sciunt in quo debeant
gloriari. Unde et alibi dicitur. In dno
faciemus virtutem. Nam et ipse dns de se
ipso ait. Si ego glorifico meipsum, gloria
mea nihil est. Hoc videlicet significans
quia ipsa sua gloria ad divinitatem refe
renda erat. Quoniam tu dne benedices
iusto. Domine ut scuto bone voluntatis
tue coronasti nos. Merito mox
dne sancti tui in te letantur et gloriantur,
qui tanta a te retributionem expectant.
Sciunt enim quos benedices eos illa de
siderabili et diu expectata benedictione,
qua eos in iudicio benedictus es dicens,
Venite benedicti patris mei percipite
regnum quod vobis paratum est ab ori
gine mundi. Domine ut scuto bone
voluntatis tue coronasti nos. Unde
mox sancti tot et tanta letari domine
et gloriari debemus, quos a te sumus,
in te inimicos superavimus, et a te modo coro
nati sumus. Tue bone voluntatis protecti
one et defensione quasi scuto forti
et insuperabili muniti semper atque defensi.

In fine in carmibus pro octaua
psalmus dauid. Quid significet
in fine et in carmibus dauid
iam supius exposuimus. Quia ergo
in multis psalmis hic unus titulus
est, una nobis exposicio sufficiat.
Quod autem ait pro octaua, ad die
ultime resurrectionis refert. Illa enim
dies que prima est ipsa et octaua,
que dies dominicus vocatur, in qua xps
dns a mortuis resurrexit. De qua die
alibi dr. Hec est dies quam fecit dns,
exultemus et letemur in ea. Hac enim
die creavit deus celum et terram et lu
cem a tenebris separavit. Hac die ut
mox diximus resurrexit. Hac die mu
dum in iustitia et equitate iudicans
unicuique dabit secundum opera sua.

Domine ne in ira tua ar
guas me neque in furore
tuo corripias me. Iste affe
ctiones in deo non sunt